bili. Et sic non sequitur? de  
um esse causam pī.

**Q**uod liberū arbitrium hz  
in seipso? quo seipsū mouz  
Sz tamē non possz seipsum  
mouere? nisi moueretur a  
deo qui est p̄mus motor om  
niū mobiliū. Ar 19.

**Q**uod a deo est libera volū  
tas? q̄ velle potest malū?  
quod deus eam nō vlt velle?  
ex precepto ḡao. Sz qualiter  
amq; voluit? exitus et e  
uent⁹ rei? nūq; potest esse  
contra voluntatē dei. Nec  
potest voluntas hominis  
preualere? contra volunta  
tem dei. Ar 26. Vnde et pau  
lus ap̄t. Volūtati eius quis

resistit.

**Q**uod liberū arbitriū? non  
est veribile? in demonibus.  
Iuxta illud. Ibiuit h̄y? in sup  
plūū eternum. Ar 92.

**Q**uod libero arbitrio? non  
repugnat imutabilitas? et  
inveritabilitas. Vt daret? de  
libero arbitrio dei. Quod sta  
biliter semp veratur in bonū  
et nūq; in malū. Patz etiam  
istud? de libero arbitrio bo  
noꝝ angeloz gfirmatoꝝ?  
quod s̄ p̄ graaam gfirmati  
onis in bono? ead̄ immuta  
biliter semp veratur in bo  
nū. et nūquam in malum.  
Ar 92.

**Q**uod arbitrio? esse liberū  
ad vtrūq; oppositoꝝ. bonū  
vel malum? non est ei essen  
tiale? s̄ accidentale. Sciam  
dum gditionē nature muta  
bilis. Duo modo? sicut pote  
ae visue accidens ē. ut vi  
deat obscurē? p̄ talem dis  
positionē oculi. Sic etiam  
libero arbitrio viatoris? acci  
dens est? vt veratur ī malū  
Saluz? p̄ gditionē nature  
mutabilis. Sz in homibus  
saluatis et dāpnatis? liberū  
arbitriū? non ē aliquate  
veribile. Sz in saluatis nū  
q; veratur ī malū? et in  
dāpnatis nūq; veratur  
in bonū. Ar 92.

**Q**uod de angelica nā ē? ut  
immobiliter se habeat in  
sua ggnitione et voluntate?  
quantū ad ea? que p̄tinet



secundū ordinē nature. Si  
 aut nos etiam imobilitate ha-  
 bemus nos. in cognitione  
 et assertione primoz pnap-  
 ozz. De quolibz dicitur eē.  
 vel non esse. Omne totū.  
 est magis sua pte. Et sic de  
 alyz. Datum autē est ange-  
 lica nature ab inicio sue cre-  
 ationis. De gradu sue na-  
 ture. q̄ erat statū mouenda  
 in id. quod est supra naturā.  
 Sic q̄ immutabiliter posset  
 se ad illud quertere. aut ab  
 eo se auertere. Lucifer autē.  
 cum suis sequacibus. ab il-  
 lo se auertit. Michael autem  
 non alyz. se ad illud quert-  
 it et imutabiliter. sicut dic-  
 tum est. Quia imobilitate se  
 habz angelica natura. in  
 sua cognitione et volunta-  
 te. quantum ad ea que per-  
 tinent ad eā. secundū ordi-  
 nem nature. Et hinc est. r  
 q̄ eā non cogit rationi  
 diuine sapientie. ut deus.  
 vniq̄ demonibz grana in  
 fundat. Ar 92. **9**

**Q**uod liberū arbitriū in  
 demonibus. q̄uis varia  
 et diuersa potest appetere.  
 et velle. non recedit tamē  
 a via puerfitatis. prime  
 ne sue electionis. Et sic.  
 semp peccat **10**

**Q**uod liberū arbitriū via-  
 toris. ex varijs causis q̄tin-  
 git et modis. mutat. Nam  
 vno modo. qz papitur q̄z  
 postea. quod prius erat

ignotum. Secundo autem  
 modo. qz aliter q̄z uidi-  
 catur extra temp⁹ passiois.  
 q̄ in tpe passionis. Tercio  
 vero modo. qz deus. per  
 granaam suam mutat vo-  
 luntate p̄ozis. a malo ad  
 bonū. Sicut scriptū est. Cor  
 regū. in manu dei ē. Et  
 quocūqz voluit. vertit illud  
 Et neuter horz modoz libe-  
 mutabilitatis liberi arbi-  
 triz. habz locū in angelis  
 post primā suam elationē.  
 Et ergo eoz libez arbitriū.  
 amodo nō est vertibile. **De**  
**luxuria Cap u9 Con. 1.**

**Q**uod luxuria. secundū  
 beatū augustinū  
 est aie. puerse amantis  
 corporeas venereas volup-  
 tates. Ar 86. **2**

**Q**uod luxuria. pnapalit  
 importat inordinatā gau-  
 pisenā. venereaz delicia-  
 tionū. Unde et potest etiā.  
 eē i actu naturali mat̄mo-  
 niali. Exempli grana. Ut  
 si maritus adeo afficeret.  
 ad suā vxorē. q̄ eā si nō  
 esset vxor non q̄tinet. aut  
 non vellz se ab ea ganere.  
 est luxuria mortalis p̄ā.  
 Ar 86. Saluz. am propa  
 vxore. **3**

**Q**uod luxuria quandoqz  
 et plūmū. non solū est in  
 inordinata gaupisenā  
 venereaz deliciarum.  
 s̄ etiā in actu inordinato et  
 illiato. talū deliciarum.







sine illo gsequendo. Et despe-  
rat: de futuro seculo ar 89.  
Vnde et affectus presentis se-  
culi: et despicio futurum, seculi:  
ponuntur etiam due filie  
luxurie. Ibid 12

**Q**uod non omnis deordinatio  
gappiscencie luxuriose: est pec-  
catum mortale. Exempli gratia:  
ut in actu matrimoniali. cum  
habundantiori gappiscencia:  
manendo tamen intra ordinem  
et limites deatoris: ne quis  
velit ire contra preceptum  
dei. Ar. 8A et 88 actus autem  
matrimonialis: non solum  
ordinatus est ad bonum prolis:  
sed etiam excessus ad remedium est.  
Sicut scriptura apt. Melius  
est nubere: quam vni. Aut con-  
cupiscencia mala vna. 3

**Q**uod luxurie spes: sunt  
hec. Fornicatio adulterium:  
incestus stuprum et raptus:  
et vicia contra naturam. 12

**Q**uod luxuriosus: in casu  
forte possit sufficienter pro-  
uidere generationi et educati-  
oni prolis: sed lex non respi-  
cit: quod in casu possit accidere.  
Sed quod quoniam est consuevit:  
et sic non est talis excusa-  
bilis: a precepto legis. Ar 8A  
De loth cap 120 Con. 1

**Q**uod loth offerens  
in sua pressura filias  
suas libidini: non fecit hoc:  
malum quodammodo approbando  
sed minorem culpam: esse pre-  
eligendam maiori: ostenden-  
do. Ar 4. 2

**Q**uod loth in sua ebrieta-  
te: gmisit incestum: licet care-  
bat usu rationis. Quia:  
illa carencia usus rationis  
sue erat: ex causa illegiti-  
ma patris. Si vero ebrietas  
sua fuisset absque patris: sicut  
in noe accidit propter inexperience-  
m fortitudinis vini: non  
peccasset: in ebrietate. Pec-  
catum in incestu. Ar 8A 3

**Q**uod loth vxoris in statuam  
salis gverfio: non est ex p-  
pria virtute demonis fac-  
ta: sed per demonem: uisione  
et virtute diuina. Tamquam  
per instrumentum: diuine vo-  
luntatis. Quia demon ut  
supra habitum est: non va-  
let vera transformatioe corpo-  
ra formaliter transformare  
licet bene secundum fantasiam  
tam appeniam: per priuatos  
tractus. Ar 98. De lege  
cap 121 Con. 1

**Q**uod lex respicit: quod  
quoniam est consuevit  
non autem: quod in casu acci-  
dere possit. Et sic luxuriosus  
quispiam: quod optenter prou-  
dens generationi et educati-  
oni prolis sue: non minus est  
excusabilis a precepto luxurie:  
et a precepto legis. Ar 8A. 2

**Q**uod lex datur secundum  
quoniam est consuevit  
autem: secundum accidentia p-  
ticularia. Communis autem quod  
suevit est: quod generatio prolis.  
licet fieri per maris et femine  
gmixtionem. Et hinc est: quod se-



nibus bene licet ostendere?  
 et debitum reddere. absq;  
 mortali p̄cō. Quia? lex n̄  
 respiciat p̄cūlaē accidens?  
 sicut est senectus vel infirmi-  
 tas Ar 88. **De licito Cap**  
**122. Consideratio**

**Q**uod sicut licite potest  
 creditor. sua propria  
 voluntate accipere min⁹ debi-  
 to? ita et debitor potest licite  
 sua propria voluntate pl⁹  
 dare? absq; p̄cūlo usure. Et  
 creditor recipere? cū gratitudi-  
 ne. **De liberalitate. Cap**

**Q**uod 123. Con-  
 liberalitas? est virt⁹  
 in dādo. faciens hominē  
 dare? quando et ubi et quo  
 modo? et quibus oportet.  
 Et sic facit hominem non  
 nimis cupidum esse pecuniē?  
 neq; nimis tenacem? nec  
 dilapidatorem. Dilapidator  
 autem? vocatur prodigus.  
 Et nimis tenax? dicitur  
 illiberalis. Ar 18. **De legio-  
 ne. Cap 122. Con-**

**Q**uod legio secundum  
 beatum ieronimū?  
 continet sex milia sexcenta?  
 et sexaginta sex Ar 90. **De  
 malo. Cap 124. Consideratio**

**Q**uod duplex p̄ma  
 est malum? scilicet  
 culpe et pene. ma-  
 lum aut pene?  
 bene est aliq;? ut est pena  
 que infligitur pro peccato.  
 Et malū culpe? qd dicitur  
 simpliciter malum? nichil

est? in rerum natura. Sed  
 est p̄uatio? alie⁹ boni p̄ti-  
 cularis. Ut in simili. Ceatas  
 non? est aliquid in natu-  
 ra rei? s; tm̄ p̄uatio  
 huius visus. Vel sicut obtal-  
 mia? est p̄uatio alie⁹ p̄ti-  
 cularis visus. Ar p̄mo. 2

**Q**uod malū et bonū? non  
 opponunt? contrarie sicut ca-  
 lidū et frigidū? que ambo?  
 sunt in rez natura. Sed si-  
 cut? habit⁹ et p̄uatio. Ar 1  
 Et sicut? lionē et tenebra.  
 Ibid. 3

**Q**uod malus homo? siue  
 in quo ē malū? est bene a-  
 liquid. Et malū in se? nichil  
 est. Et duntaxat? est p̄-  
 uatio boni. Ar. 1. Et suo mo-  
 do? malus actus vel malus  
 aut vitiosus habitus? bene  
 est aliquid? s; malū in se?  
 est nisi p̄uatio boni. Ut dic-  
 tum est Ibid. 2

**Q**uod malum? licet nichil  
 sit? tamen corrumpit eum  
 in quo est. Et facit eū? malū  
 Et licet non faciat hoc agen-  
 do? tamē? a bono deficiendo  
 Ar. 1. Corrumpe aut? non  
 est formaliter mouē? et a-  
 gere. Ibid. 4

**Q**uod malū? licet non sit?  
 suscipit tamē bene maius  
 et minus. Quia? unū ma-  
 lū. est maius altero. Ut p̄  
 de hominibus? respiciē adul-  
 tery. Nec dicitur tamen v-  
 rium malū maius altero  
 p̄ excessum aliq;? ad ali-



quod summe malum. Sed pro tanto: qd prauat maus bonu. Aut qd magis remouet: actus caritatis. Ar. 1. **6**

**Q**uod malū. f. culpe vt sup. qd hoc est simpliter malū: non est natura aliqua: sed defectus boni. Secundu beatū augustinū: patrem nostrum. Ar. 1. Et vez quid est: qd malū est rebus: sed non positue ut aliquid: s. ut prauatio. **Ibid.** **A**

**Q**uod malū: est in subiecto. Vel in illo: in quo ē carenna boni. Vt est anima mala: vel homo malus. Sed anima mala vel homo malus: est tamē quid bonum: qd est quid ens. Ens autē et bonū: quertuntur. Et sic malum est in bono: tanq. in subiecto. S. ut dictum ē nichil est: nisi prauatio boni Ar. 2. Nec malum ē in bono sibi opposito: sed est in bono: modo dicto. Nec est sicut accidens reale: in subiecto. S. est in rebus subsistentibus: modo dicto: ut prauatio **Ibidem.** **S**

**Q**uod malū ut sic: non ē appetibile. S. bonum ut sic: est appetibile. Et malū non est appetibile sub ratioe mali: s. potius refurabile. S. per accidens sub ratione aliau boni: bene est appetibile et appetitur. Exempli graa: & malū adulterij non ē appetibile nec appetitur ab adulte

ro sub ratione mali: aut vt est malū: s. sub ratione boni aliu: s. scilicet boni delectabil. Quia bonum sibi videtur: frui delectatione sensuali. Et sic mali non est causa p se: sicut boni. S. tm: causa p accidens. Ar. 3. **9**

**Q**uod malum rationalis creature: diuiditur i malū culpe. et malū pene. Malo autem culpe: defiat rationalis creatura: a summo bono. Et malo pene: puniatur pro illo defectu. Item: malum culpe: est cum voluntate. Et subsequitur malū pene: contra voluntatē actualē: vel habitualem. Item malū culpe: est malū actionis. S. malū pene: est malū male agentis. P diuinā autē ordinationem: malū pene: sequitur ex malo culpe. Item malum culpe: est ex male agendo: et malum aut pene. est pro culpa pati. Item malum culpe: opponitur bono hoēto. Et malū pene: opponit: bono delectabili et vali. Itē malū culpe: magis odunt boni. Et malū pene: mag. odunt mali. Ar. 2 et 1. **10**

**Q**uod malū culpe: denominat subiectum suū malū. Et est in actu voluntatis: qui dicitur opponit: actu caritatis. Et est prauatio ordinis: secundu beatū augustinum. Non autē sic est: de malo



pene. Ar 9. 11

**Q**uod malū in genere: dicitur privationē forme. Et est multiplex malū. Scilicet malū nature: malū artis: et malū moris. De quo maxime ad presens: et de malo pene. Ar. A. 12

**Q**uod malū est quod communis: quod peccatum. Et peccatum est quod communius: quod culpa. Sed theologus: utuntur sepe peccatum et culpe nominibus: pro eodem. Ar. A. Et quod sit unūquodque eorum: ibidem. Exempli gratia. Malū: dicitur privationem forme bone. Peccatum autem: dicitur actum inordinatum: et deficiente a vera regula diuine ordinationis. Culpa vero non dicitur: nisi pro ut est a voluntate. Ibidem etiam. Quia: malū a culpa non completur: nisi per voluntatem. Ar 8. 13.

**Q**uod malum est: velle furū facere: ut quis habeat: elemosinā dare. Et etiam: malū est febricitantia velle vinū bibere: unde moriatur. Ar 8. 12

**Q**uod malū: est ex peccatis. scilicet per peccatum. Hoc est: scilicet ex omissione cuiuscumque circumstantie debite ad virtutem. Et sic dare elemosinā propter inanem gloriam: malū est. Quia omittitur circumstantia ultimi finis: qui deus est. Ar 9. 14

**Q**uod malicia a culpa potest

stare cum bonitate: nature. Ut daretur in peccatis: quos deus expectat ad penitentiam: et emendationem vite. Ar 93.

**Q**uod malū: non potest esse totale: et integrum. Quia sic ut dicitur: in ethicis: esset impoetabile: et destrueret seipsum. Et sic malū: non tollit totū ordinem rationis. Sed aliquid eius. Sicut egritudo: non tollit totā naturā sanitatis in mensuratione: sed aliquid eius. vel partem eius. Ar 12.

**Q**uod malū: potest distinguere: duplex scilicet verum: et apparens. Sicut et bonū distinguitur duplex: scilicet verū et apparens. Ar 69. 18

**Q**uod malicia filia accidit: dicitur nisi repugnantiā spirituum bonorum. Et non accipitur: ut est communis omni peccato. Ar 12. 19

**Q**uod nullū malū ut malum: est appetibile. Nec volitum: nec concupitum. Quia omnia: bonum appetunt. Primo ethicorum. Sed quando appetitur: appetitur nisi per accidens: sub ratione aliquid boni et delectabilis: vel vtilis. De moralibus Cap.

**Q**uod moralia: dependent ex voluntate. Cuius obiectum est bonū et malū. Ar 1. 2

**Q**uod morales actus et habitus: accipiunt speciem et



nomen: ab obiecto. **Exempli**  
gracia. Liberalitas est actus  
mediocres sumptus: et mag-  
nificencia actus magnos sup-  
tus. **Ar 1. 3**

**Q**uod moralis actus? pl<sup>9</sup>  
respiat obiectum interioris  
actus. s. ipsius voluntatis:  
q<sup>o</sup> obiectum exterioris actus.  
In sumendo speciem: et no-  
men. **Exempli gracia.** Dare  
paup<sup>9</sup> elemosinam p<sup>9</sup> inanem  
gloriam? est actus moralis  
malus: p<sup>9</sup> interioris actus  
obiectum malum. Licet obm  
exterioris actus: sit bene bo-  
num. Et habet speciem va-  
ne glorie et nomen: ex ob-  
iecto interioris actus: potius  
q<sup>o</sup> nomen et speciem pietatis:  
ex obiecto exterioris actus.

Sic etiam? verbum iocosi-  
loquendo? ut aliqua pro-  
uocetur ad libidinem? locu-  
tio talis potius specifican-  
da et nominanda est libi-  
diosa: q<sup>o</sup> oiosa. Sic etiam  
mechanus propter luatum  
vel ut furetur? est potius  
dicendus auarus: q<sup>o</sup> me-  
chanus. **Quinto eth.** Ex quib<sup>9</sup>  
p<sup>9</sup>? q<sup>o</sup> moralis actus? am-  
pit speciem et nomen: se-  
cundum obiectum interioris  
maxime actus. **Ar 29.** Et  
potius: q<sup>o</sup> secundum obiectum  
exterioris actus. **De mor-  
tali peccato Cap 12. Co. 1.**

**Q**uod mortale peccatum  
ex genere suo? ut  
inuidia vel huiusmodi?

est bene non mortale? p<sup>9</sup>  
imfectionem actus. **De sub**  
iti motus inuidie? hominidi  
i vel adulteri? qui non pro-  
cedunt: cum preuia ratio-  
nis deliberatione. **Ar 6. 2.**

**Q**uod mortale peccatum?  
meretur pena eterna: et  
prauat gratiam. **Ar 28. 3**

**Q**uod mortale peccatum?  
tollit principium vite spiritualis  
anime: quod caritas. **Ar 28.**

**Q**uod mortale peccatum?  
dupliater potest esse in rati-  
onis pte superiori. Nam v-  
no modo: directe. **Saluz?**  
se auertendo s<sup>9</sup> voluntarie  
a deo: cum alijs viribus  
inferioribus. **Alio aut mo:**  
indirecte. **Indelicz** non tohi-  
bendo vires inferiores: ne  
se auertant a deo. **Sicut e-**  
rat in potestate voluntatis:  
domine potentia anime  
**Sicut aut aristoteles** in ethi-  
as? domini su<sup>9</sup> omnium  
opationum nostrarum: a prin-  
cipio vsq<sup>9</sup> ad finem. **Ar 28.**

**Q**uod opus?  
quod est contra dilationem  
dei et proximi: est morta-  
le peccatum. **Etiam?** au<sup>9</sup> quacum-  
q<sup>o</sup> intentione voluntatis?  
sive bona sive mala: fiat.  
**Exempli gracia** **Etiam?** De furto.  
si fiat: bona intentione  
voluntatis. **Saluz:** ad da-  
dum elemosinam paup<sup>9</sup>  
**Ar 28. 6**

**Q**uod mortale peccatum?  
dicit: prauationem finis **De**



niale autem peccatū : dicit  
nisi priuationē ordinis ad  
finē. Ar 29 et 42. **A**

**Q**uod mortale peccatum  
in se ex genere suo : propt  
impfectionē suam ante de  
liberationē rationis debitā :  
est nisi veniale peccatum,  
Exempli gratia. Ut motus  
garrulitatis in adulterium  
in sensualitate : ante rati  
onis deliberationē. Ar 29.

**Q**uod mortaliter  
potest quis peccare : nullus  
venialibus precedentibus  
Ar 29.

**Q**uod mortale peccatum  
non consistit in habitu : sed  
in actu. Exempli gratia. **9**  
Quantūcumque firmat hū  
aliter viam quis habeat : si  
tamē motui eius resistat :  
non peccat. Ar 29. Per pri  
mi motus infidelitatis : sūt  
pāa mortalia in infidelib⁹ :  
non baptizans. Ibid. Quia  
nec in nobis. **10.**

**Q**uod mortale peccatū : h̄  
in sua ratione : ut sit con  
tra preceptum dei. Qui  
ergo dicit oia sum verbum  
simpliciter : siue cū delibe  
ratione preuia : peccat dū  
taxat venialiter. **De motu**

**Cap 128. con. 1.**

**Q**uod duplex potest  
ē mouēs : secundū  
phim vñ phim. Sicut mo  
uens p se : et mouens per  
accidens. Exempli gratia.  
Proiciens graue deorsū :

mouet illud graue deorsū :  
p se. Sed remouens trabem.  
cū superpositū erat aliqd  
graue : sicut etiam illud  
graue cadere deorsū : et  
sic mouet ipsam deorsū nō  
p se : s; p accidens. Sicut  
per remotionē trabis : cū  
hoc graue cadens deorsū.  
superpositum erat. Ar 23  
Ita et dyabolus : mouet be  
ne per se : materiam. Quia  
materia corporalis : obedit  
angelo siue bono siue malo :  
ad motū. Ar 21. Exempli  
gratia. Sicut dyabolus :  
potest semina colligere : q̄  
adhibeat effectibus : mira  
biliter fiendis. Ibid. Sed sic  
non potest mouere animā  
hominis spiritualement : p se.  
Alioquin : dyabolus esset  
causa peccati hominis : et  
non ipse homo esset causa  
peccati sui. Quod est ab  
surdū dicere. Quia nemo  
peccat : nisi : quā p seipm  
mouet se ad peccatum. Et  
quod scriptura dicit. p inui  
diam dyaboli mors intra  
uit in orbem terrarū : bene  
quid verū est : malū pri  
mo parenti pswadendo.  
S; non tamen in eo : peccatū  
pfiendo. Ar 20. Et sic e  
tiam dyabolus : non est  
proprie causa : et motor  
peccati p se. S; tantū per  
accidens. Et homo non h̄  
excusationē penit⁹ a pec  
cato : quando peccat. **2**



**Q**uod motus sensualitatis: nisi post deliberatione rationis in suo malo perseveret: non est mortalis. Ar 2a. 3

**Q**uod motus sensualitatis in se venialis: nunquam est mortalis. Sed sensus mortalis superveniens: secundum se est peccatum mortale. Ar 2a. 2

**Q**uod motus illicitus in sensualitate: nisi quis per rationem ab initio resistit: meretur coronam. Ar 2a. 1

**Q**uod motus illiute concupiscentie in sensualitate imperatus: seu libere et voluntarie exortatus: est mortalis. Ar 2a. Sed cum non est imperatus: nec ei voluntarie consentitur: est nisi veniale peccatum. Ibid.

**Q**uod motus illiute concupiscentie: potest in sensualitate que est in organo corporali: dupliciter surgere. Nam uno modo: ante omnem apprehensionem concupiscentie: ex mera dispositione complexionis corporalis. Et vocatur apud quosdam: primus primo motus. Et nullum habet peccatum: quia nullo modo aueri potest. Alio autem modo: potest surgere motus illiute concupiscentie: statim: post apprehensionem concupiscentie. Et nondum pertinetur: adhuc ad rationem

Et hic motus: etiam dicitur primus motus: sed secundo primus. Et habet peccatum veniale: sed non mortale. Quia nullum est mortale peccatum: nisi per rationem et voluntatem preuias. Unde etiam dicitur a doctoribus: quod in primo motu saluet qui est sine ratione et voluntate preuias: nullum est peccatum vel tantum veniale. Quia primo primus: non habet peccatum. Secundo autem primus: ut dictum est: habet peccatum veniale. Sed in secundo motu sensualitatis: qui surgit post rationem et voluntatem: habet primo locum: peccatum mortale. Et potest ille secundus motus: surgere ex impio voluntatis: tamquam domine potentiaz anime. Aut de consensu eius: aut ratione dissimulante et non prohibente eum: cum posset. In surreptionibus vero non sufficienter deliberatis: etiam non residet: nisi veniale peccatum omnimodum. Ar 2a. 2

**Q**uod motus gaudij spei amoris timoris et huiusmodi: sunt quandoque cum passione: in parte irascibili vel concupisibili. Quandoque etiam sine passione bene: in voluntate.



De merito. Cap. 129. Co. i.

**Q**uod motus illiatus  
in sensualitate resi-  
dens? et ultra non progre-  
diens? au ratio ab initio re-  
sistit? meretur coronam.

Ar 12. 2

**Q**uod meritū et demeritū?  
ex electione consistunt volun-  
tatis. Ar 28. 3

**Q**uod magis meretur? ex  
iudicio rationis benefacens?  
q̄ ex passione benefacens  
Ar 28. 4

**Q**uod mereri potest intel-  
lectus p̄ actū suum? vel de-  
mereri? inquantū est volū-  
tarius Ar 3. 4

**Q**uod mortale peccatū? me-  
retur penā eternā? et pri-  
uat grāam. Ar 4. 6

**Q**uod idem actus realis  
continuo a principio vsq̄ ad fi-  
nem? saluz ut ad ecclesiam  
eundo? potest in vna pte  
ēē meritorius? et in alia pte  
ēē demeritorius. Vel e con-  
uerso. Exempli grāa. Ut  
continuo eundo ad ecclesiam?  
si ab uia fiat illa itinera-  
tio p̄ deum? et in fine p̄pter  
inane gloriā. Vel everso  
Ar 29. 5

**Q**uod in eodem actu naturali con-  
tinuo? potest in vna pte esse  
peccatum mortale? et in ali-  
a pte eiusdem actus ēē pec-  
catum veniale. Vel everso  
Exempli grāa. Ut si faciēs  
peccatū veniale. exarscat in  
tantā libidinem? ut actum

suum etiam velit facere?  
in contemptum dei. Sic ta-  
men? non est vnus solū  
peccatum? sed duo peccata.  
Nec vnus actus in genere  
moris? sed duo actus. Ibidē

**Q**uod merendi stat? A  
non est post hanc vitam. Et  
licet in habentibus caritatē?  
veniale peccatum bene vsu  
et motu caritatis in deum.  
remittitur in futuro sculo  
quantū ad culpam? non ta-  
mē? quantū ad pene dimi-  
nutionē. Aut remissionem?  
ante debite pene exsolutio-  
nem. Ar 14. 8

**Q**uod nullus meretur pro  
habitu? sed pro actu quib  
meretur vel demeretur. Et  
emph̄ grāa. Stat q̄ quis  
sit adeo fragilis et infirmus?  
q̄ supueniente temptatione  
peccaret. Si autē temptatio  
non supueniat? non pec-  
cat aut demeretur. Ar 1. Et  
te q̄ salutare ē infirmus et  
fragilibus? vitare occasiōes  
peccandi. 9

**Q**uod licz omnis actus hu-  
manus. sit bonus vel malus  
suo modo? non tamē omnis  
talis actus? est meritorius  
vel demeritorius. Exempli  
grāa. De actu bono? extra  
caritatē facto. Qui nec est  
meritorius vite eterne? nec  
demeritorius. Ar 10. 10

**Q**uod in habente carita-  
tem? non solum ille actus  
bonus est meritorius. qui



actualiter. siue cum actuali  
intentione refertur in deū.  
sed eā : qui habitualiter  
refertur in deū. Exempla  
gracia. Ut sunt omnia me-  
dia referibilia in deum.  
ordinā omniniter in deum.  
tamq̄ in vltimū finē. Licet  
de ipsis actualiter : vel actu-  
ali adūtenā : sic non cogi-  
tetur. Ar 10. Omnia eī ista :  
meritoria sunt. **Ibid De**  
**melioritate Cap 20 Coni.**  
**Q**uod melior ē iniquitas  
viri : q̄ benefaciens :  
mulier. ad hūc intellectum.  
Quod melius est gmozari  
am viro iniquo : q̄ am  
muliere bona. Facilius enī  
venit homo in peccatum :  
ex conuersione familia-  
ri am muliere bona : q̄  
am viro iniquo Ar 30. 2  
**Q**uod melius est commo-  
dari am iniquo viro : q̄  
am bona muliere. Ad hūc  
sensum. Et iniquus pecca-  
tor : q̄ discretus et strennu-  
us : veniens ad agnitionē  
peccati : qui inde fit humili-  
or : melior est : q̄ bonus  
indiscretus et latus : pro-  
rumpens ex bonitate sua :  
in supbiam. Ar 30. 3  
**Q**uod melior est incompa-  
biliter : remissus in bene-  
faciendo : q̄ peccans in ali-  
quo. Ar 30. Licet peccans :  
quandoq̄ bene alius ad p-  
fectionem veniat : seruen-  
tius motus. ex considera-

tionē sui mali. **Ibid De mu-  
tuo et mutuatione Cap 21**

**Q**uod **Con. pma.**  
mutuare ad vsurā :  
est simpliciter malū. Et i-  
deo : non potest bene fieri  
Sicut nec occidere innocen-  
tem : potest aliquo modo  
bene fieri. 2

**Q**uod mutuare pecuniam  
ad vsurā : est peccatum et  
mortale. Nec ideo q̄ probi-  
bitū est. mortale est pecca-  
tum : sed quia mortale pec-  
catum est in se : sic probi-  
bitum est. Ar 31. 3

**Q**uod mutuare pecuniam  
ad vsuram : siue ad aliqd  
plus accipiendum : est con-  
tra legem nature : siue con-  
tra naturalem iusticiam  
Quia vsus pecunie : et ip-  
sa res que est pecunia : sūt  
id. 3<sup>o</sup> politicor. Nūmisma-  
ta inuenta sunt : commu-  
tationis gracia. Qui ergo  
mutuat pecuniam suam  
ad vsuram : exigit aliquid  
plus : q̄ suum. Aut de nich-  
ilo vult sibi aliquid recompe-  
sari. Quod repugnat : na-  
turali iusticie. Ar 31. 2

**Q**uod mutuare pecuniam  
ad vsuram : bene vadit ad  
amiciciā : sed propter vtile  
proprium. In qua amicia  
a : aliquem obligare ad  
plus reddendum q̄ est con-  
cessionem : est omnino iniustū  
et illatum. Ar 31. 1

**Q**uod mutuans ab alio



ad reddendum in certo ter-  
mino prefixo? in quo tamen  
non fit redditionis solutio?  
si mutuator inde dampnum  
habuerit? tenetur dictus  
mutuans pro interesse dāp-  
ni. Secus autem? si intra  
vel infra terminum solu-  
tionis prefixum? ipse mutu-  
ator dampnum passus fuerit  
Quia tunc? pro interesse  
dampni illius non tenet?  
Ar 81. *De meo. Cap 132. Con.*

**Q**uod si deatō  
meum? potest esse  
multiplex. Exempli gratia  
Aurum iacens in platea.  
est bene meum ad aspicien-  
dum? sed non est meum  
ad possidendum. Sic etiā  
ancilla mea est bene mea  
aliquo modo seruitutis?  
sed non est mea ad usum  
conubitus. Ar 86. *De mē-  
daco. Cap 133. Con.*

**Q**uod mendacium? se-  
cundum patrem nos-  
trum augustinum? etiam  
pro quacumque utilitate?  
non est dicendum. Nec ta-  
men veritas? semp est p-  
palanda. Et precipue? v-  
bi caritas esset infringen-  
da. Ar 86. *De manicheis  
Cap 134. Con.*

**Q**uod manichei? ex  
ulla opinione erro-  
nea. que dicebat nullum  
esse ens incorporeum? po-  
suerunt deum? esse lucem  
quandam incorpoream. Ar

*De martino. Cap 134. Con.*

**Q**uod si deatō  
martires? semina-  
bant in lacrimis. Saluet?  
dolorem et tristitiam de exte-  
riori malo pene? afflictius  
habendo. Sed tamen? de bo-  
no diuino et spūali? utius  
gaudebant. Ar 69. *De mīa  
et ira p zelum. Cap 136.*

**Q**uod si deatō  
mīa et ira p zelum?  
que intelligitur per neme-  
sum? opponuntur inuidie.  
Quia misericordia gaudet?  
de prosperitate alterius. Et  
ira per zelum tristatur? de  
impietate alterius. Et licet  
sint passiones? tamen pro  
ut eis superuenit electio rati-  
onis? fortaunt? rationē vir-  
tutis. Ar 69. *De mandato.  
Cap 137. Con.*

**Q**uod mandatum? erat  
iustum et sanctum?  
ut dicit? ad romanos. Et  
sic per mandatum? deus  
non dedit occasionem pec-  
candi? sed homo accepit  
Ar 18. *De in sua gūitatis  
peccati. Cap. 138. Con.*

**Q**uod mensura graui-  
tatis peccati sumit?  
secundum q bonū opposi-  
tum? habet plus vel minus?  
per caritatem amari. Ar 18  
*De multiloquio. Cap 139.*

**Q**uod si deatō  
multiloquium filia  
gule? surgit ex hoc. Quia



per gulam? aufertur gub  
naulum rationis? ne ver  
ba ponderentur. Et sic con  
sequens est? ut lingua ad  
verba dilatetur. **De negati  
one non. Cap. 120. Conside**

**Q**uod ino pma.  
homo non tene  
tur? semper aut  
omni tempore et  
se attentus actualiter ad re  
gulam rationis? et legis di  
vine. Et ideo? non imputa  
tur ei ad culpam? nisi pro  
loco et tempore. Et hinc est  
Et dormiendo naturaliter?  
non peccatur. Ar 3. Beatus ve  
ro esset? si quis scienter et  
voluntarie per ebrietatem?  
se prauaret vsu rationis. 2

**Q**uod non peccat mortalit?  
qui scienter et voluntarie  
dicit verbum oasium. Et ea  
am? si ex aliqua causa leui  
mala faciat? dummodo non  
faciat? in contemptum dei  
Ar. 13. 3

**Q**uod non applicare ani  
mum ad ea? que quis scire  
tenetur? est peccatum omis  
sionis. Ar 22. 2

**Q**uod non stude beneficia  
a accepta agnoscere? est g  
dus summe ingratiudinis.  
Ar. 24. 4

**Q**uod non repellere passio  
nem inclinantem ad pecca  
tum mortale? est peccatum  
mortale? si hoc repellere  
erat in sua potestate. Ar 24  
Dicit et non dare elemosina

pauper? fame morienti. Vl  
eiam? sicut proice sagittam  
cum occasione hominis? est  
peccatum mortale. Ibid. 6

**Q**uod non peccauit xps? in  
adam. Nec deturatus fuit?  
in lumbis abrahe. Ar 29. A

**Q**uod non est volentis neq;  
audentis s; dei miserentis?  
verz est ut dicit scriptura? ta  
q; primi prinapy electionis.  
Sed electio tamen? est libera  
Ar 26. Valiz? ipius liberi ar  
bitry. Unde? nec exasatio pec  
cati est. S

**Q**uod non requiritur natio  
ab homine? q; semp actuali  
ter in opibus suis? se referat  
in deum tamq; in vltimum  
finē. Sed suffiat? q; aut ac  
tualiter? aut habitualiter  
hoc faciat. Quod profecto i  
ta fit? q; diu in contrarium  
illius finis nichil exercetur  
vel exortur. Ar 28. 9

**Q**uod non penitere de pec  
cato veniali? non repugnat  
caritati? nec saluti. Nec im  
penitencia de veniali? facit  
peccatum in spm sanctum  
Nec solum veniale p se est au  
ciandum pena eterna? sino  
habeat mortale annexum  
ppetuo auiciandum. Ar 21.

**Q**uod non 10  
omnis vanitas oris? opis  
aut cordis? est peccatum f  
mortale. Ar 62. 11

**Q**uod non peccant mortu  
liter amantes et tractantes  
negona secularia et terrena?



dūmodo cor eoz non recedat  
a aristo: ei aliquid preponē  
do. Ar 19. 12

**Q**uod in precepto non me  
chaberis: prohibetur om  
nis illiatus vsus membro  
22 genitaliū: qui et seam  
dum se in genere suo: est  
peccatū mortale Ar 80. 13

**Q**uod nullus tendit in il  
lud: qd apprehendit vt im  
possibile. Licet: voluntas  
sit bene impossibiliū: puta  
imortalitatis. Ar 92. 14

**Q**uod nemo viator: est  
adeo perfectus: in quo non  
remaneat: aliquantula  
repugnantia carnis cont  
spm Ar 11. *De nichili. Cap  
121. Con. prima.*

**Q**uod nichil est: po  
tēst abusive dici ali  
quid agi. Exempli gratia  
peccatū nichil est: et tamē  
dicitur: diminuerē aut cor  
rumpere in parte bonum  
nature Ar 16. 2

**Q**uod nichil adeo est ve  
niale: quod non est morta  
le: aut esse possit si placeat  
Verum est: si placeat vt  
plamius finis. Quia sic quo  
dāmodo colitur pro deo &  
3 plures alij modi plaren  
di: quibus non imacritur  
peccatū mortale: nec de  
quibus: illud dictum est i  
telligendū *De nescientia  
Cap 122. Con. 1.*

**Q**uod nescientia: dicitur  
simplicem ignoran

tiam Ar 22 et 24 2

**Q**uod nescienti ea que nō  
spectat ad eum scire: vel e  
tiam: si non est natus ea  
scire: nec debetur culpa: nō  
pena. Ar 22. 3

**Q**uod nescientia: est etiā  
in angelis bonis: teste bea  
to dionisio. Ar 22 et 19. *De  
naturali iustitia. Cap 123*

**Q**uod Con. prima.  
Naturalis iustitia:  
in nullo: totaliter corrum  
pitur. Etiam quātūmvis  
peccatore. Sed bene in ali  
qua eius parte: obliquatur.  
Exempli gratia dicitur in  
fornicatore obliquatur:  
quantum ad directiū con  
cupiscentiarum Et sic de ali  
is Ar 16. 2

**Q**uod naturalis iustitia:  
est rectitudo naturalis ad  
bonum. In qua prim⁹ pa  
rens noster: a deo ab imo  
conditus erat: anteq̄ pec  
caret Ar 15. Sed originalis  
iustitia: est q̄ aliud: scilicet  
vt infra de originali iusti  
tia: consideratoe prima. Et  
illi opponitur: originale  
peccatū. Ibi *De natura  
Cap 122. Con. 1.*

**Q**uod nature perfec  
tio: per gramam  
non tollitur. Licet bene de  
fectus eius: aliquantuliter  
Ar 13. Aut remouetur 2

**Q**uod natura inclinatur  
ad sibi simile. Ar 91 3

**Q**uod naturale est intel



lectu sepato: q̄ intelligat  
substantiam suam. Ar 92

**Q**uod naturaliter  
uult: semper uult. Ar 91

**Q**uod naturaliter uolumus  
et simpliciter secundum se: h̄o  
p̄ aliquod adiunctum. pos  
sumus bene uolle. Exempla  
gratia. Omnis homo natu  
raliter appetit scientiā: sed  
quidam tamen preeligiunt  
ignorantiā: scientiæ. Cum  
ex desidia: propter laborem  
discendi. Cum etiam: ne  
scientia habita impediantur  
a peccato: quod amant. Ar  
92

*De nemesi. Cap. 121. Con.*

**Q**uod uideatio.  
Nemesis: est ira per  
zelum: que tristatur de im  
pietate malorum. Et est pas  
sio: in pte irascibili. Vel e  
tiam: est uirtus: inquan  
tum superuenit electio rati  
onis. seu post rationem. Ar  
93

*De origine. Cap. 126.*

**Q**uod Con.  
Origenes posuit: q̄  
auuliamus creature liberum  
arbitrium: in omni statu:  
esset semp̄ uerabile in bo  
num et in malū. Putans  
demonēs: adhuc p̄ liberū  
arbitrium: posse redire ad  
bonū. Et per misericordi  
am dei: posse consequi  
perueniam suorum peccato  
rum. Quod contrariatur  
uerbis domini dicentis.  
Ibunt hy in sup̄fluum e

ternum: iust autem in ui  
tam eternam. Ar 92. *De or*

*dine. Cap. 128. Con. 1.*

**Q**uod ordo: est de  
perfectione uni  
uersi. Et huic or  
dini: deus presi  
det. Ar 93. Et omnes creatu  
re: ei subiacentur. Ibidem

**Q**uod ordo nature  
humane: est cum ratione  
agere. Deandum beatum  
augustinum. Ar 93. Opera  
tio autem: sequitur formā.  
Cuius ergo altior est forma:  
altior est et operatio. Ar 98.  
*De ortu culpe. Cap. 129*  
*Con. p̄ma.*

**Q**uod culpa vel pec  
catum: primo ori  
tur ex eo: q̄ quis attendens  
regulam rationis et legis  
diuine: procedit eligendo.  
qd̄ ei contrariatur. Ar 3. Et  
non ex hoc primo oritur:  
q̄ quis sine actuali conside  
ratione regule rationis et  
legis diuine: uadit in ma  
lum. Sicut bene: in puris  
surreptionibus fit: ante de  
liberationem rationis.

**Q**uod peccatum  
oritur tribus modis: teste  
psudoro in de summo bono  
Sicut ex ignorantia: infir  
mitate: et industria. Ar 23.

**Q**uod uia  
bene oritur: ex varijs ali  
is uiajs: diuersimode. Ex  
empla gratia. Ut odium



ex ira : et ex inuidia. *Ar 68*  
*De oportunitate peccandi*  
*Capl 110. Con. i.*

**Q**uod oportunitatem peccandi habere : non est semp in hominis potestate. *Valeret ?* quia deus eam : misericorditer quandoq; subtrahit. *Ar 8.* Unde et gratia actio : sibi debetur

**Q**uod oportunitate peccandi nacta : vbi ea vel abuti : est in hominis potestate. Et sic peccare : vel etiam non peccare *Ar 8.* *De occasione peccandi. vel pañ. Capl 111.*

**Q**uod occasio peccati vel peccandi : potest esse duplex *Valeret data : et accepta.* *Articulo 18.*

**Q**uod occasio data dicitur : quando opus fit minus rectum : vnde alij p malum exemplum prouocantur ad peccandum. *Ar 18*

**Q**uod occasio accepta dicitur : quando ex ope recto trahitur : vel elicitur malū. Exempli gratia. Sicut erat cum iudeis : scandalizatis ex bona doctrina aris : vita et miraculis. *Ar 18* *De Obiecto. Capl 112. Considera*

**Q**uod obiectū *10. i.* dicitur : arca quod fit versatio. Exempli gratia. Color est obiectum visus : quia visus versatur arca colorem. Bonus au-

tem : est obiectum auditus Et sic de alijs. Sic etiam esuries : est obiectum abationis. Et distinguuntur virtutes et vicia : et accipiunt sibi quandoq; species : secundū diuersitatem obiectorum *Quandoq; autem : secundū diuersitatem finium : vel etiam secundū diuersitate arāstantiarum. Ar 9. 2*

**Q**uod obiectū appetit : est bonū et malum. Bonū quidem ad prosecutionem : et malum ad fugam. *Ar 60*

**Q**uod obiectū *3* mouens voluntatem : habet se ut forma : cuius est agere secundum phm. Et non ut materia : cuius est pati. Cibus ergo vel potus qui est obiectum gule : potest mouere voluntatem ad prepropere. Ad ardentem. ad nimis : ad laute : et ad sturdiose. Deandum quam diuersitatem motuorum obiecti gule : diuersificantur et multiplicantur species gule. *Ar 9e.* Ecce patet : quomodo ab obiecto : diuersimode mouente : accipiuntur bene species varie virtutum. *Ibidem.* Sed tamen gula : cum vna arāstantia est bene grauius peccatum : q̄ cum alia arāstantia *Etiam ibidem. 2.*



**De ocioso verbo. Cap. 13. Con.**

**Q**uod ociosum verbum est peccatum. Et multo magis: ociosum factum. Ar

**Q**uod ociosum verbum? si referatur in fine mortalis peccati: est peccatum mortale. Exempli gratia. Si aliquod ridiculum vel verbum blande proferam ad feminam ut ipsa michi male placeat vel ego ipsi: appetendo saltem vel volendo appeti: criminofum est. Etiam: cum solo verbo ocioso in se. Et quod periculosum est viris cum feminis: et feminis cum viris: blande conuersari. Aut familiaritates et colloquia habere: nisi sub magno moderamine discretionis. Sicut dicitur: beatus Hieronymus. Cum feminis: non sunt nisi breuia et rigida colloquia: habenda. **De ociosis Cap. 13. Con.**

**Q**uod ociosa? siue sequuntur consensum in actum: siue consensum in delectationem: sunt opera carnis. Ar 83. Sic de amplexibus et quibusdam ludicijs. **De omni vel omnibus Cap. 14. Con. pma**

**Q**uod omnia que fuerunt: sunt et erunt in mundo: preuisa sunt a deo ab eterno. Et nichil: est casuale ei. Ar 10. Et que casualia dicuntur: habent talia diu quo ad causas p

pinquas vel proximas. **Abid** Exempli gratia. Sicut fossio: est causa per accidens et casualis: inuentio thesauri. **2**

**Q**uod omnis fornicator aut immundus: aut auarus quod est ydolorum seruitus: non habet hereditatem in regno caeli. Ar 9. **De originali iustitia Cap. 16. Con. 1.**

**Q**uod originalis iustitia? erat quoddam donum gratis datum primo parenti nostro: quo tollebatur omnis rebellio virium inferiorum sensituarum: ad rationem. Sic quod plena erat obedientia omnium virium sensituarum: ad rationem. Et mediante isto dono: primus parens fuit habilis ad vitam eternam: si non cecidisset. Desapientibus a domino de paradiso ad celum: cum ei placuisset. Ar 11. **2**

**Q**uod originali iustitia? dicta: priuatus est primus parens noster: in suo casu priuatio quoque illius domi: vocatur et dicitur nunc e contra: originalis culpa vel originale peccatum. Et mortale peccatum: sic quod cum peccato illo decedentes: non possunt frui obiecto beatifico: seu visione beata sanctorum in celo. Ar 11. **3**

**Q**uod originali iustitia: homo immediate coniungebatur deo. Et per eam: e



erat redundancia tante perfectionis in vires sensitivas inferiores: inasabilem saliret et conacpisabilem: ut nulla esset rebellio in eis: contra rationem. *Ar 2e et 33.*

**Q**uod originalis iustitia data primo parenti nostro: diffusa fuisset in omnes posteros eius: si persistisset. Quia data erat ei sicut audam principio: generis humani. Cum ergo cecidit: ex aduerso originalis culpa naturali iustitiae contraria: cecidit in adam: et omnes posteros eius. *Ar 33. 4*

**Q**uod originalis iustitia non datur huic vel illi anime: sicut data est anime primi parentis nostri: ex liberalitate diuina est: et propter contrarium prohibens. *Ar 33*

**Q**uod originalis iustitia: restituitur in baptismo: quantum ad innocentiam. Huic quantum ad hoc: quod superior pars rationis. coniungitur deo. Per cuius priuationem: merat reatus culpe. Sed non quantum ad hoc: quod rationi subiacentur inferiores vires absque omni rebellione. *Ar 3e* **¶** In concupiscentia carnis contra spiritum: remanet post baptismum. *Ibid 1*

**Q**uod originalis iustitia non solum erat in superio

ri parte rationis: sed etiam derivata erat ad inferiores vires anime. Etiam: usque ad corpus. Que omnia: totaliter subdebantur rationi: virtute illius doni originalis iustitiae. Ideo etiam: quod si adam non peccasset: fuisset ista originalis iustitia propagata in posteros suos. Sicut nunc originale peccatum: oppositum eius: propagatum est in posteros. *Articulo eo. De originali peccato. Cap. 111. Con. prima.*

**Q**uod originale peccatum: fuit in adam: peccatum actuale mortale est originale. Sed in posteris: est tantum mortale: et originale. Sed non peccatum actuale. *Ar 11. 2*

**Q**uod peccatum originale: contrahitur ab omnibus posteris a deo primi parentis: si aut a principio collegii humani. *Ar 33.* Sicut in seculo: auertat sepius dicitur fecisse: et luit pro illo: quod per principem eius factum est. *Ibid 3*

**Q**uod originale peccatum: contrahitur in coniunctione anime cum carne infecta: quando primitus ei infunditur. *Ar 33. 2*

**Q**uod originale peccatum: etiam in posteris dicitur voluntarium: ratione sui principis: scilicet voluntatis primi parentis. *Ar 33. 4*



**Q**uod originalis peccati subiectum? est ipsa anima: ut est ps humane nature. Que non traducatur: licet anima non traducatur?  
Ar 33 **6**

**Q**uod originale peccatum? relatum ad naturam: habet rationem voluntarij. Et debetur ei: increpatio et pena. Licet non sit: relatum ad personam posteram ad e primipnas. Et caro? bene est causa originalis culpe? licet non sit causa actualis: proprie culpe. Ar 33 **A**

**Q**uod originalis culpe pena: est carentia diuine visionis. Et tali culpa proueniens: secundum ordinationem dei. Ar 33 **8**

**Q**uod originale peccatum traducatur: etiam a vno iusto. Et si non secundum id quod est proprium sibi? tamen secundum id quod habet ab adam. Ar 33 **9**

**Q**uod originale peccatum in isto vel in illo homine? e concupiscentia vel pronitas? ad inordinate appetendum: cum carentia originalis iusticie. Ar 32. **10**

**Q**uod pcc originalis materiale: est concupiscentia dicta. Et formale eius: est carentia originalis iusticie. Si aut in peccato actuali? materiale eius est conuersio ad inmutabile et transitorium bonum? et formale eius:

est auersio ab inmutabili seu eterno bono. Ar 32. **11**

**Q**uod originale peccatum: ab aliquibus dicitur concupiscentia. Et bene: scilicet secundum materiale. Ab aliquibus autem: dicitur languor. Qd habet intelligi: scilicet secundum suum formale. Ar 32. **12**

**Q**uod originale peccatum? non dicit concupiscentiam delectabilis scilicet secundum sensum. communiter loquendo? que est homini naturalis ut est animal? sed dicit concupiscentiam delectabilis secundum sensum: contra ordinem rationis ut est homo. Ar 32. **13**

**Q**uod originale peccatum? non solum dicit concupiscentiam? sed etiam in se comprehendit malitiam: et ignorantiam. Ar 32. **14**

**Q**uod originale peccatum: dicit concupiscentiam modo dicto. Sed non includit necessitatem: ad consentiendum motibus concupiscentie inordinatis. Licet bene ad sentiendum: tales motus inordinatos. Ar 32. Etiam: post baptismi susceptionem. **A** **15**

**Q**uod peccatum originale? quo ad materiale suum. quod est concupiscentia? que est sones peccati? vique manet: post baptismi susceptionem et demerps. **Bz**



formale suum? quod est ca-  
 renzia iustiae originalis?  
 transit cum baptizatus  
 infans? vel etiam adultus  
 contritus? prae innocentia  
 e. quam adam ab initio ha-  
 buit. Et peccatum originale  
 contractum? non amplius  
 imputatur ad damnatio-  
 nem. Et hoc solet sic expri-  
 mi? qd peccatum originale  
 cum primitus baptizato. &  
 transit cum actu reatu? sed  
 actu manet. Ar 3e. 16

**Q**uod originale peccatum?  
 sicut habet pro materiali &  
 corruptionem potentiae? aut  
 partis conaquisabilis? sic et  
 irascibilis. Quia irascen-  
 a? non nisi ex conaquiscen-  
 tia surgit Ar 3e. Et etiam  
 habet pro materiali suo?  
 defectum intellectus? qui e-  
 tarenzia illius scientiae natu-  
 ralis. Quam homo? in pri-  
 mo suo statu habuit. Et hoc  
 modo ignorantia? etiam  
 materialiter comprehendit-  
 tur? sub peccato originali.

**I**bidem 17  
**Q**uod originali peccato?  
 non tantum corrupta est  
 vis conaquisabilis? sed et-  
 iam infecta est a deo? sic qd p-  
 actum eius traducatur pec-  
 catum originale? in poste-  
 ros Ar 3e. 18

**Q**uod originale peccatum?  
 sicut et omne mortale pec-  
 catum? est iustitia sicut i subo

**B**ed tamen in semine carna-  
 li? bene est sicut in causa i-  
 strumentali? traditionis  
 eius in posteros Ar 3e. Unde  
 et ordine nature? prius est  
 in anima? qd in carne Ibid

**Q**uod 19  
 originalis culpe maculam?  
 anima nec habet a se? nec  
 a deo. Et ex unione eius?  
 ad carnem infectam. Sicut  
 vinum purum immixtum  
 dolio putrido? contrahit si-  
 bi putrefactionem? a dolio  
 illo immundo. Ar 3e. In eo  
 autem? qd anima infundit-  
 tur carni? que est ab adam?  
 efficitur pars humane nature.  
 ab adam infecta et diriuata.  
**I**bid Et sic originali peccato?  
 dicitur homo peccasse? in  
 adam. Etiam ibid. Nec e-  
 peccatum originale verius  
 in carne? qd in anima. Si  
 aut nec humana natura e-  
 verius in semine? qd in cor-  
 pore organizato Etiam  
 ibidem 20

**Q**uod originale peccatum?  
 diriuatur ex carne? ad ani-  
 ma. Ut predictum est. Et  
 sic prius est in essentia ani-  
 me? qd in eius potentis  
 Et per prius est in volunta-  
 te? qd in alijs potentis ani-  
 me inferioribus? in quas  
 diriuatur a voluntate. Ar.  
 36 et 37. 21

**Q**uod originale peccatum?  
 siue priuatio originalis iust-



nae diriuatur ab adam in o-  
nes: qui ab eo seminaliter  
per concupiscentiam propa-  
gantur. Est enim in adam:  
tamq[ua]m in principio vel principe  
ad posteros. In quibus: sicut  
concubitus non est sine libidi-  
ne: sic nec conceptus sine  
peccato. Ar 38 et 39. **22**

**Q**uod peccatum originale:  
non minus transfunditur a  
baptizato atq[ue] a culpa pur-  
gato: q[uam] a pagano vel uideo  
Quia: peccatum originale  
non transfunditur seand[um]  
superiorem partem anime:  
sed seand[um] inferiorem &  
partem et seand[um] corp[us]  
Pec seand[um] nouitatem  
tr[an]si: sed seand[um] vetusta-  
tem ade. ad omnes posteros  
Ar 38. **23**

**Q**uod originale peccatum:  
conuabitur pro eodem tunc:  
quo completur humana na-  
tura. Ar 38. **24**

**Q**uod originale peccatum:  
nominatur in scripturis &  
quandoc[un]q[ue]: in numero plu-  
rali. Ut in psalmo In pecca-  
tis: concepit me mater me-  
a. Ar 40. Et quare. **25**

**Q**uod originale peccatum:  
infert penam & dampni.  
Que est p[er]petua carceris:  
diuine visionis. Sed non i-  
fert penam sensus: et tor-  
menti infernalis. Ar 41. Et  
istud habet locum in pueris:  
sine baptismo decedentibus  
ubiq[ue] terrarum.

**De oratione cap[itu]l[um] 148. Con.**

**Q**uod fideat[us]  
Orandum non est: p[ro]  
peccato ad mortem. Hoc est:  
pro peccato: quod perseue-  
rat: usq[ue] ad mortem. Sali-  
ter: propter impenitentiam  
finale[m]. Que est peccatum  
in spiritum sanctum: irre-  
missibile hic: et in futuro. Et  
alias: pro omni peccato: po-  
test orari. Ar 32. **De odio**  
**Cap[itu]l[um] 149. Con.**

**Q**uod odium: diatur  
ira inueterata. Sed  
ad istum sensum: et non ali-  
as. Quia: ira inueterata:  
causat odium. Ar 64. **De ob-**  
**ligatione. Cap[itu]l[um] 160. Con. i.**

**Q**uod voluntas creatu-  
re rationalis: obliga-  
tur ad hoc: ut sit deo subiec-  
ta seand[um] precepta affir-  
matua et negatua. Ar 44

**Q**uod  
obligatio iusta: obligat ad  
solutione[m]. Deus autem est:  
de obligatoe[re] usuraria. Ar 31  
Operibus autem misericordi-  
e: disponimur ad penitenti-  
am: faalius adipiscendam  
Ar 44. 31. **3.**

**Q**uod sicut proiciens se sa-  
enter et voluntarie in puteu[m]  
profundum: unde per seip-  
sum non potest exire: quan-  
tum in ipso est: se obligat ad  
p[er]petuo ibi manendum: sic  
faciens saenter et voluntari-  
e mortale peccatum. meri-  
torum pene eterne: a quo



sat seipsum non posse libera-  
re? quantum in ipso est?  
se obligat pene eterne. *Ar. 11*

*De peccato. Capl. 16. Non*

**Q**uod *sideratio pma*  
peccatum secundum  
beatum augustinum? est

delictum vel factum vel con-  
cupitum? contra legem dei  
*Ar. 6.*

**Q**uod peccatum contingit?  
declinando a debita regula  
et mensura rationis natu-  
ralis? et legis diuine? se-  
cundum precepta affirma-  
tiua et negatiua. *Ar. 6. Et*  
habet peccatum? semper  
penam conuoluantem.

Saluet? carenam graue?  
que multum penalis et tris-  
tis est. *Ar. 2. Que pena?* licet  
dicatur bene mala quo ad  
subiectum? seu quo ad pati-  
ens in quo est? tamen sorti-  
tur rationem boni? quo ad  
agens? iuste puniens. *Ibi-  
dem. Ar. 2.* Peccata quoque  
subsequencia? etiam possunt  
dici pena? peccati preceden-  
tis. *Dic qd vnum et idem?*  
possit esse et dici peccatum  
et pena? licet diuersimode  
*Itez ibid ar. 2.*

**Q**uod peccatum est in vo-  
luntate? sicut in radice. Sed  
nichilominus? etiam est in  
actibus elatis et imperatis?  
a voluntate. *Ar. 11. Et saen-  
dum?* qd peccans in actibus

delectabilibus? quanto in eo  
plus delectatio intenditur?  
remoto freno rationis remur-  
murantis? tanto grauius  
peccat? et etiam? quanto  
liberius augmentando? de-  
lectationem. *Ibid. 2*

**Q**uod peccans sola volun-  
tate? meretur penam eter-  
nam? sicut et peccans. vo-  
luntate et ope. *Ar. 11. De plu-  
ribus tamen dolebit?* volun-  
tate et opere peccans? qd  
peccans sola voluntate. *Qui-  
a non solum dolebit super  
mala voluntate? sed etiam  
pro fore facto suo? cum omni-  
bus alijs malis que inde p-  
ruperunt. Ibid. 4*

**Q**uod licet peccatum con-  
sistat in priuatione boni?  
que nichil est? tamen etiam  
consistit in actu interiori ip-  
sius voluntatis malo. *Et sic  
o modo? etiam in actu exte-  
riori inordinato? et malo  
diue committendo malum  
transgressionis precepti?  
sive omittendo? quod ex  
precepto non erat omitten-  
dum. Ar. 11. 6*

**Q**uod duplex est peccatum?  
saluet commissionis et omis-  
sionis. Quia duplex est no-  
bis datum preceptum? sa-  
licet affirmatiuum de facien-  
do hoc vel illud? ut de co-  
lendo vnum deum? de sa-  
ficando sabbatum? vel de  
honorando parentes. *Et*



xl

opponitur: peccato omisso  
 nis. Aliud autem preceptum  
 nobis datum: est negatiuū.  
 Exempla gratia. Non occides  
 non furaberis: non mecha  
 beris: non eris testis iniquus  
 non cupies alterius nuptiam:  
 nec rem cupies alienam. Et  
 huic precepto negatiuo: con  
 trariatur peccatum commissio  
 nis. Ar 6. **A**

**Q**uod peccatum omissionis  
 ut dictum est: opponitur pre  
 cepto legis affirmatiuo. Pre  
 ceptum autem affirmatiuum  
 obligat semp: sed non ad sem  
 per. Exempla gratia. De ho  
 norando parentes: omnis ho  
 mo obligatur: sed non om  
 ni tempore et loco. Sed pro  
 tempore et loco: competenti.  
 Qui ergo non honorat pa  
 rentes temporibus et locis su  
 is: facit peccatum omissionis.  
